Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8152
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eius qz venit tempus. Quoniam placu
erunt seruis tuis lapides eius; et terre
eius miserebuntur. Et timebunt gentes
nomen tuum domine; et omnes reges terre
gloriam tuam. Quia edificauit dominus
sion; et uidebitur in gloria sua. Re
spexit in oratione humilium: et non spreuit
preces eorum. Scribantur hec in generatione
altera: et populus qui creabitur laudabit do
minum. Quia prospexit de excelso
sancto suo. dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus compeditorum:
ut soluat filios interemptorum. Ut
annuntient in sion nomen domini: et lau
dem eius in hierusalem. In conuenire
populos in unum et reges ut seruiant domino
respondit ei in uia uirtutis sue